

# Panor. ij. super secunda Primi.

re facta ad consiliu, & fraudem æmuli, de quo quis cõfidit, vt cogatur cedere. sed si illam factam præsentasset, & obtinisset licentiam, non posset, vt in c. præcedenti. f. quidam, & sic aliud est superiorem vocare, vt renunciaret aliud in præsentia eius renunciationem offerre. & sic secundum Doct. sola vocatio in casu isto non præiudicat, sicut nec sola vocatio in ius, sine venia patroni, vt l. quamuis. ff. de in ius uoc. vbi similiter est locus penitentiæ, ad hoc. ii. q. vi. c. ei qui. S. si quis libellos. ff. de diuor. l. si penituit. No. ar. q. in manib<sup>9</sup> folius episcopi absque consensu capituli possit fieri cessio etiam ab inferiori prælato, & honorabili membro, de quo dic, vt sup. e. c. admonet. No. q. sapientis est mutare consiliu sibi perniciosum. ¶ No. q. per actum<sup>9</sup> absolutionis ab obedientia, prælatus non videtur renuciare prælaturæ, etiam quod plus est, si iteruenerit vocatio superioris, vt cedat. ¶ No. arg. q. abbas & superior prælatus possunt absoluerre ab obedientia. vel iuramento obedientiæ ei præstito, quod verum nõ puto, & tenent hic Doc. per no. de sponsalib. in ca. præterea, quia hic est iuramentum, & promissio, per quod magis studeat placere Deo, quã illi, cui obedientia, & iuramentum præstatur, & ideo absoluerre non potest, quod not. Item est alia ratio, quia durante principali non potest renuciare quis ei, quod necessario dependet ab illo, & hoc secundum Docto. qui dicunt, q. ideo non obfuit ista absolutio, quia & præses abdicando a se imperium nihil agit, ff. de offi. præsi. l. legat<sup>9</sup> similiter nec isto modo soluitur patria potestas. l. abdicatio C. de pa. po. Item quia renunciatio debuit præcedere absolutionem, quæ tamen renunciatio non potuit fieri nisi in manib<sup>9</sup> episcopi, & debuit præcedere absolutionem, ergo & c. & per hoc dicunt etiam q. non erat necessaria noua permisso, cum absolutio non tenuit, sed forte hoc fuit factum ad cautelam de facto. No. vl. q. per actum renunciationis alicuius cessiois consecutiue ad principale, quis principali renuciare non videtur. ¶ Opp. q. hic videtur factio renunciationis, de his que si. a. ma. par. cap. ca. ex ore, sicut ipso facto Deu negamus. xi. q. iiii. in c. existimant. ipso facto merimur. xxii. q. v. in c. caute. ipso facto appellamus, de app. ca. dilecti, & c. vt nostrum. etiam factio salutans prælatum consentit in illum. 63. dis. c. Adrianus. Sol. dicit gl. vt dicunt pueri, qui aliter nesciunt respondere, q. contrarium est verum, non soluit aliter gl. Host. dicit q. contraria procedunt in his q. non pendent a iure, vel iuris potestate, vel iudicis, & respiciunt præiudicium renunciantis tantum, & non alienum, secundum Host. sed hic non valent expressa, ergo nec tacita nõ intercedente consensu superioris, vt hic de præbend. c. dilecto, vel dic q. hic non est tale factum, ex quo concludatur voluntas renunciandi, quia ad exclusionem alicuius consecutiui non sequitur exclusio principalis, saltem quando voluntas declaratur circa principale aliter excludendum, & per hoc non ob. sup. e. c. ex transmissa. Opp. q. non debuerit reuelare hic cui est facta confessio, de pœ. c. omnis. Sol. potest intel ligi secundum gl. q. hic confessio facta fuit in p̄sentia, & tunc dicit q. de ipsius voluntate reuelauit, sicut & sibi nolente testimonium confessionis & reconciliationis, de testi. c. testimonium, de simo. c. nemo. Opp. quod ex quo vocauit superiorem, compellatur. sup. c. proxi. Dicit Host. quod ibi fuit petita licentia cedendi & obtenta. hic autem nec petita, licet vocatus fuisset superior. Item ibi suberat causa utilitatis ecclesie, vel salutis propriæ. hic causa seductionis, & infirmitatis. Item ibi præcessit deliberatio, & instantia opportuna. hic secus. glo. i. est clara. vide eam per te. lbi de dolo, hic de hoc, vt dere. iu. c. nullus ex conf. li. 6.

## ADDITIONES.

factam, dicitur beneficium vacare per obitum, & non per renunciationem, vtrum autem renucians beneficio ex calore iracundiæ possit statim penitere vide Io. An. in c. sup. de ren. li. vi. qui videtur tenere, quod sic. & vide Are. in e. quam periculosum, vi. q. i. facit tex. in c. diuortium de p. di. i. Et adde et quod renunciatio beneficii facta per dolum, non tenet, ut est glo. in c. fugge sum, vii. q. i. Ant. Fran.

a ¶ Per actum. Vide gl. alleg. item concor. in l. nonnunquam ff. de coll. bo. & dicit Bal. in l. si. sed cum in secunda, ad fi. C. de fru. & in c. ne inuitaris, col. vl. de consi. q. Doctores si consilium pro una parte, licet mutare consilium si videat veritatem in contrarium, dicit tamen An. in l. labeo. ad fi. ff. de ser. nulli. præd. quod cauendum est tanquam ab igne, propter malignitatem linguarum non in bonam partem, sed potius in falsitatem trahentium, si consilium pro una parte, & varietur. Seb. Sap.

b ¶ De voluntate reuelauit. Adde quod voluit. Lap. ¶ Adde tu plenissime Io. An. in c. sanguines, inf. de re iudi. in c. dilectus

de exce. præla. Specu. in tit. de pœ. s. i. per. ult. quaritur, Ber. de Fir. in tra. de episcopo, in iiii. par. li. vi. col. in prin. 2. ch. ¶ Circa hoc an possit reuelari confessio etiam de licentia contentis, primo dicit q. confessio absolute reuelari non debet, imo iure antiquo reuelans confessionem deponatur, & perpetuo ignominiose pergebat pergitur, ut in c. sacerdos ante omnia, de p. di. v. hodie etiam per ea que habentur in c. omnis. de i. an. & re. debet deponi, & ad agendum poenitentiam in arcum monasterium deturdi. & de pœna reuelantis confessionem vltæa que habentur in d. c. omnis, vide beatus Tho. in iiii. di. xxi. q. iiii. ar. i. & q. i. per totum, & xxii. q. lxx. ar. i. & dicit bea. Tho. in d. di. xxi. in iiii. quocetiam si heat licentiam a contente reuelandi, si ex tali reuelatione timeret aliquid scandalum oriri, non debet uti data licentia, & dicit quod ille cui sic reuelatur etiã de licentia contentis tenetur ipse celare, nisi forte peccator vltis, qd absolute ille, cui permittit reuelari, sciat. & ratio assignatur, quia confessio propter duo debet celari, propter sacramentum, quia quasi de eterna sacramenti est confessio contenti celare, & hoc tollit licentia contentis secundum propter quod celatur, est ipsum scandalum, quod inde posset oriri, & hoc non tollit licentia contentis, & vtrum superior, qui scit peccat sui subditi p. confessionem sacramentalem possit postmodum illa punire inquam sibi nota, vide B. Tho. in iiii. præla. di. xxi. q. iiii. ar. i. quod non in foro contentioso, sed bene in foro penitentiæ sic, quia non scit, ut homo, fecit, ut Deus, & ibi multa alia ponit ad istam materiam reuelationis confessionis, de quibus omnino est ibi videndum, & per repetentes maxime d. Cr. in d. c. omnis, de p. ni & remi. Ant. Fran.

## S V M M A R I A.

- 1 Insufficiencia alicuius existit causa legitima sum remouendi ab officio.
- 2 Monachus an possit de licentia solius abbatis ad aliud monasterium transire.
- 3 Abbas non debet de facili dare licentiam monacho asserenti velle intrare fratris monasterium.
- 4 Renunciatio sine cessio, an possit fieri in manibus legati.
- 5 Renunciatio facta in manibus inferiori, an possit ratificari per superiorum.

## C A P. XV.

**D**ilecti. ¶ Abbas exemptus absque licentia pape renuciare non potest. In prima reuentus petio. In secunda ibi, cum igitur ipsius repulsiõ, & negotii commissio. Casus literalis. Quidam Abbas ad Romanam ecclesiam nullo modo perti nens, & sentiens se insufficientem, renuciavit in manib. monachorum regimen Abbatie sine licentia pape, & monachi alium elegerunt, peruenit hoc ad papam. Cum ergo dictus Abbas sine licentia pape renuciare nequirit Abbatie, ipse tam renunciationem, quam electionem denuntiauit irritas, & inanes, mandans quibusdam quatenus abbatem faciant restitui loco suo, quo restituito, recipiant vice pape renunciationem ipsius. Ber. No. i. vnam causam legitimam cedendi dignitati propter insufficientiam. No. 2. quod non valet cessio Abbatis in manibus subiectorum, ex quo non fit in manib. superioris. No. iiii. hic casum pro eo, quod disp. Ioan. And. in regula, non firmatur, de re. iu. li. vi. quod dato, q. secundum communem opi. cessio teneat ad præiudicium cedentis conditionaliter, nisi superior reprobet si velit, & ita quod non posset cessationem reuocare, non tamẽ tenet superiore ratum habere nolente, licet quidam & male dixerint, an res sit integra, vel non, ut no. supra, eod. cap. quod in dubiis. No. quod Abbatia est nomen oneris plus, quam honoris. Not. summarium. Et no. q. cedens in manibus inferioris, superiore volente, cedere compellitur. & facit decr. ista p. o. parte, quod non teneat cessio, quod pater quia papa mandat, quod iterato cedat, quod non esset si teneret ad præiudicium cedentis. Sed dic, quod superior potest eligere quodlibet, an quod approbet cessationem, an quod iterato cogat ad cedendum, quod non tenet, quod ad eum.

2 ¶ Nota, quod monachus alterius monasterii eligi potest, a de quo de elec. c. nullus, li. vi. eo. ti. cle. i. & hic oppo. quod hec iuit legitima causa cedendi. scilicet propter insufficientiam. xviii. q. ii. c. si quis abbas. glo. fatetur, & dicit, quod legitima est causa insufficientiæ, sic & iudex a iudicatio remouetur propter insufficientiam, vt hic. Item propter negligentiam, de of. custo. c. i. sic in magistro, C. de profes. & medi. li. lib. x. No. bene hoc dictum, quod Doctor propter insufficientiam

## ADDITIONES.

a ¶ Eligi potest. Adde quod nota. in apostol. ad istum, in cap. post translationem, nu. vi. in apostol. mensio uera non possit eligi. supra eodem titu. ubi plene discutio hunc ar.